

De actibus

De nocturno venenī serpentī.	lvij.
De cibis venenosis	lvij.
De subtractione victualū a castro obsesso	ix.
De rībaldo nō valēte soluere expē sas	lxxi.
De portatione gravis oieris.	lvij.
et. lxi.	
De lignis aquosis missis in ignem	
lmj.	
De spinis	lxxij.
De volatu mustarum circa ollas.	lxxix.
De papilione et cāde la	xxvij.
De pauperibus pētentibus elemosi nas	lx.
De castro plurīum dñorū	lī.
De agro neglecto	lī.
De hys que pertinent ad defectum vite spiritualis id ē ad mores vitio sos	vin.
De tirannis	xxiiij.
De proditoribus	inj.
De latrombus.	xij. & xiiij. & xxij.
et. xxvij.	
De incendiarijs	lī.
De falsis nūcīs	xxxvi.
De p̄digis seruīs vel filiis.	lxvij.
De cupidis volentib⁹ ditati.	lxiiij.
De stultis vindicatorib⁹	
De lenonib⁹	lxxij.
De lusoib⁹	xxvij.
De incantatoib⁹	vin.
De ebriosis	nn.
De dāgerosis epulatoib⁹.	lxxvij.

Explīcīt tabula exēplorū libri de
timi de exēplis et sūlitudinib⁹ rerū

Inīcipit p̄logus eiusdez libri de ci
mī de exēplis et sūlitudinib⁹ rerū

Et morib⁹ humānis

Oſi ſuum dabit in
ſummationem o
perū Eccl. xxxvij
Quia omne agēs
agit p̄ter finē ge
neraliter, operari
us omne ceptum appetit opus per
ſicere. maxieq; qd laborib⁹ pluri
mis longisq; pſecutum eſt ſtudij
fine deſiderat debito feliciter conſu
mare. Postq; igitur in preceſden
tibus libris exempla de rationis o
peribus, que homines aut lege iu
bente, aut arte dirigente p̄ducūt
q; plurima fūnt inducta. ad eliquo
rum ſummationē operum huma
norū de quib⁹ exempla promi
ſimus licet cor et ſtylum conuertere
re. et de reſiduīs humānis operib⁹
que ad vite neceſſitatem vel cōmo
dum ratio nabiliter preter legiſ hu
mane decretum. vel preter artis ha
bitum homines operātur. ac de mo
rib⁹ et conſuetudinib⁹ varijs. a
que ex rationabilib⁹ cauſis iter
homines obſeruantur. et interduz
etiam de ſtūtis caſib⁹ in hoc vi
timō noſtri operis libro exempla
ſimilitudinē ponere. ac ea ut de a
hys fecimus ad moralem iſtructio
nem iſflectere. Cum hys iſuper i
ducentur exempla de morib⁹ et
actibus fidelij; iſrahelitici populi.
et de quib⁹ ſtam particularib⁹ a
ctibus iſignium personarū. que
in illo fideliū populo celebres exti
terunt. De morib⁹ quoq; et acti
bus clericorū ministratiū et populi
christiani. et de hys rurū q; ad femi
neū ſexū ſ; puerilē etatē p̄tinēt. ac
de hys q; ad defectū ſpectant tā cor
poralē q; ſpūalē vite. nec nō a q; ad
dāpnuz vel teoriū plerūq; int̄ hoies
hūt nōnulle ſilitudines introdue
tur. Dabit itaq; huius opis auctor
bb nn

in hoc libello eoz suū iuxta verbum
apostolū in dñm andis exemplis
operū humanorū. ut videlicz hmoī
operū similitudinibus dñmatis la
bor suscepit operis totalit̄ termina
tur. Ceterū ne ordine dispari a pā
ouibz posteriora degnent sdm mo
dum obseruatū supius diuerso
rū capituloz matērias volo sū al
phabeti litteris et ordine disponere.

Capitulum. i.

Hicetus a mundo xp̄e ple
rūq̄ suscipit. sicut nōnūq̄
vna ciuitas suscipit et ho
norat expulsos ab alia. Et sicut eti
am vnuis hō misericors famuluz su
scipit pauperē et infirmuz ab alio
crudeli dño derelictum. sicut legiē
i. Reg. xxx. de quodā egip̄tio puco
in via lassifcente. quē amalechita
egrotum i itinere deseruit. dauid
vero inueit. cibo refecit. ducem fui
itinoris fecit. amalechitā persequi
tur. epulante repit et extinguit.
Quid em̄ est sicut Greg. dicit. q̄
egiptius amalachite puer in itinē
lassatur. nisi q̄ amator presentis se
culi peccati sui mīgredine optūs. se
pe ab eodem seculo infirmus despe
ctusq̄ relinquitur ut cū eo neq̄q̄
currere valeat. sed fractus aduer
sitate torpescat. Sed hunc dauid i
uenit. quia ēdēptor noster vera
citer maūfortis nonnunq̄ quē fra
ctū a mūdi gloria repit in suo amo
re conuertit. cibo pascit quia vbi
scientia reficit. duce itineris eligit.
quia suū etiam predicatorē facit.
Et qui amalechitam sequi non va
luit dux dauid efficitur. q̄ is quē
indignū mundus deseruit. non so
lum conuertus i sua mente domi
num recipit. sed etiāz predicando
huc usq; ad aliena corda perducit.
Quo videlicet duce dauid amale

chitām coniuanitēm inuenit et ex
tinguit. quia ip̄is cristi predica
tibus mundi leticiaz destruit quos
mundus comites habere desperit

Capitulu. ii.

Habito et p̄uatio tempora
lium alicui etiam inuidenti
ti facta diuino iudicio nō
distendit deum esse iniustum. cum
ipse ea dederit et omnia sua sint.
Cuius exemplum est. quia nec ali
quādo iniustus est creditor. q̄ dux
prefixo requirendi tempore non a
stringitur. quando vult exigit qd
feneratur. Ita dum deus auferit q̄
debet. non auferit nostra sed t̄cipit
sua. Vnde dicitur Job. i. Dominus
debet dominus abstulit. sicut domi
no placuit ita factum est. sit nom̄
domini benedictus Seneca ad mar
cellū. Non est quod nos suscipias
tanq̄ inter nostra positi. in iutuata
accipimus vnu fructusq̄ noster est.
Cum ip̄e arbiter sui mūteris im
parat nos oportet in prompto ha
bere. que i certum diem data fūt
et appellatos sine querela reddere.
pessimi debitoris est creditor fac
re iniustum

Capitulu. iii.

Adulatorē similes fūt pro
ditoribus. quia scilicet oscu
lo oris tradunt hominem
hostibus suis. vt iudas cristum. et
Joab amasam. i. Reguz. xx. Itē
ip̄i sunt lactatrices dyaboli lacta
res peccatores et in peccatis dormi
re facientes. cantando eis placebo
cantilānam dyaboli Drouer. i. Fili
imi si te lactauerit peccores ne acqē
scas eis. Item ipsi sunt dyaboli io
culatores non permittentes suos i
aliquo ostēstari Osee. vii. In malit
ia sua letificauēt ēgēa i mōachs
suis prīncipes. Item sunt dyaboli

De actibus

incallitatores. quia faciunt hominibus credere quod sint id quod non sunt. et ubi nihil sunt aliquid esse ostendunt. Item sunt dyaboli aucupes Proverbii. xx. Qui blandis blesisq; sermoib; loquitur amico suo. rethe expedit gressibus suis.

Capitulum. viii.

Hoc sunt presus inordinatus quo aliquis nimis sibi peccat est ei causa perditionis. Si autem qui nimis diu seruat frumentum suum perdit illud quod corrupitur. Sed si seminat reseruat. Vnde glosa super il- lud. Io. xiiij. Nisi granum frumenti regnatur. dicit. In spiritu quod tu seminas non vivificatur nisi prius moriatur. Io. xiiij. Qui amat animam suam perdeet eam. Aug. Si male amaueris odisti. Si bene oderis tunc amasti. Itē amatus qui amat proximum causa utilitatis tantum adheret quod enim in prosperitate sed ipsum in aduersitate relinquit. Homo enim arbore diligenter seruat et frequenter visitat. quod diu in ea fructus fuerit. sed ablatis fructibus sine custodia relinquit. Sic tunc patet in vineis et ortis qui tempore fructuum clauduntur et custodiuntur. sed amotis fructibus exponuntur. Psalme. i. Relinqitur filia sion sic umbra in vinea. et sicut tigurium in cucumerario. scilicet non sunt fructus. Item amator mundi similis est homini qui inebriatur ex aliqua re amata. qui scilicet propter ebrietatem non sentiret a maritudinem. Unde Tren. Inebria uit me absinthio. Ebrius quippe sic dicit Gregorius. quod patitur nescire. Absinthio ergo est ebis. qui pro amore presentis seculi a sensu rationis est alienus. quod dum quicquid pro mundo sustinet leue reputat. laboris amaritudinem quam tollerat ignorat. quod nimis delectabiliter ad oia ducit. in quibus

Et moribus humanis

penaliter fatigat. At contra viri iusti ad mundi picula pro mundo toleranda esse debilitate studet. fine suum respicit. vita presens quod sit transitoria attendit. et pro ea labores perpeti extenuat. rhenus venit. cuius itersecus deletionem vincit.

Capitulum. vi.

Habitu magna dapno aie sue lucratrice illicita. Cecis enim in ludo stultorum pius porcus ad lacerandum traditur. et cum cecus credit scandere portum. scandit manum sochum. et ille suam. et repotat modicum frustum. sed magno stipendo vulneris illud emit. Sic cupido modicum luctum tempore acquirunt mentiendo. iureando. et alia illicita dicendo vel faciendo. sed magis vulnera peccatorum que non attendunt contrahunt. Et hoc est quia ceci sunt. Exceperunt enim eos malitia eorum Sapientia. Item auarus est similis ei qui est submersus in aqua. qui quicquid tenet ita fortiter tenet quod non vult dimittere. sed secundum submergit. Sic auarus diuitias etiam male acquisitas. per quas etiam totas familiam secum submergit. Item si caput hominis sit extra aquam. et totum corpus sit in aqua non submergitur. Sic si homo sit in diuitiis multis. et cor non sit ibi non nocet. sed si cor sit ibi perire Ceterorum in. Inundaverunt aque super caput meum et dixi perire.

Capitulum. vi.

Homo debet homo libenter. usque loqui. Natura enim omnia quod de die unum omnes a duas aures ut velociores simus ad

bb v

Liber

audiendum q̄ ad loquendum **Ia-**
n. Sit omnis hō velox ad audiendū
dum · tardus āt ad loquendū · a
tardus ad iram · Item aures hēt
homo erectas · tendentes ad cele-
stia et dī verba · non pendentes ad
terram ut animalia · Sed multi
tra legem plus habent aures ad
terrena pendentes q̄ ad celestia e-
rectas · **Thi.** nn. Erit em̄ tēpus
cum sanam doctrinam non fustie-
bunt · sed a veritate quidez auditū
auertent · Item auditor debēr̄ at-
tendere non ad dicentez · sed ad id
quod dicitur **Stultus** enim est ille
qui vult emere frumentum vel vi-
num · et plus attendit ad saccum
vel dolium vnde exīt · q̄ ad ipsum
frumentum vel vnum · Sic est ille
qui attendit i sermone non quod
dicitur sed a quo dicitur · cum tam
Johan. xvi · dominus dicat · Ser-
moniem quem audistis non est me-
us · **Seneca** Non te moueat dicētis
auctoritas · nec quis dicat · sed q̄o
intēdas **Lu.** x. Qui ws audit me
audit · Item audiunt quidam ver-
ba doctrine non ut faciant · sed ut
sciant loqui · qui similes sunt lecca-
toribus qui gustant plura vina n̄
ut emant · sed ut possint dicere ali-
is · illud bonum illud melius · Sic
isti audiunt non ut faciant · sed ut
loquantur et detrahant · Iez simi-
les sunt militibus et clericis eun-
bus ad nundinas · non ut emant
aut vendant · sed ut inde loquane
Ds. Firmauerunt sibi sermonem
nequaz scilicet ut referrent · sed bo-
num reliquerunt **Eze.** xxixij · Au-
diunt sermones tuos a non faciūt
eos ac · Item auditor obliuiosus si-
milis est cribro · qd si ponatur in a-
quam statim impletur · sed cum ex-
trahitur nichil remanet · Sic mulci-

Venitius

cum sermōnem audiuist · aqua cō-
putatiois et deuotionis pleni sūt ·
sed cum recesserint vacui remanet
et auditorum memoriam non h̄at ·
Eccī. xxi. Cor fatui quasi vas con-
tractum omnem sapientiam non
tenebit · Item sicut nil prodest ci-
bus qui statim sumptus emititit
et prolis concēptio quam statim
mors sequitur · vel imprimere figu-
ras in aquam cum eas non retine-
at · vel capere auem que statim emi-
titur · Sic non prodest audire ḍ̄bus
dei et proicere illud **Aggei.** i. Qui
gregauit mercedes militē eās i sac-
culum pertusum · Item audire dēt
homo verba dei cum reueuentia et
auiditate · Nam cum magna reue-
uentia et desiderio iret īfiermus ad
reliquias sanctorum · per quas cre-
deret sanari · Tales autem reliq̄e
sunt verba dei · que expellunt ḏ̄neq
languorem **Sap.** xvii. Neq̄ herba
neq̄ malagma sanauit eos domi-
ne · sed sermo tuus qui sanat ḏ̄nia
Et quia verbum dei maioris effica-
cie est q̄ aliquid reliquie sanctorū · mi-
rabile est quomodo aliquis īfirm⁹
remanet ubi a sermone cūāretur
Solent etiam homines ad reliquias
sanctorum aliquid offerre · sed ad
istas reliquias nichil petitur nisi i-
tentio et operatio · Item si aliq̄s ha-
beret lapidem preciosum qui pre-
ualeret omni auro et argento · a
omniē īfirmitatem curaret · nō
proiceret illum · sed diligenter cu-
stodire · quia preualet omni auro
et argento · sicut dicit in **Ds.** Bo-
num michi lex oris tui super mili-
a auri et argenti **Blosa** · pl⁹ diligēt
caritas dei legem · q̄ cupiditas mili-
a auri et argenti · **Caplīm.** vn.

Beneficia per cristum nobis exhibita figurata fuerunt in illis festiuitatibus quas iudei confuerant celebrare. Nam in veteri lege erant septem solemnitates temporales vel speciales et una continua ut potest colligi Numeri. xxviii. Erat enim quasi festum continuum quod cotidie manu et respere immolabatur agnus ad representandum perpetuitatem diuine beatitudinis. Alio autem erant festiuitates speciales. Inter quas prima erat sabbatum in qualibet septimana in memoria creationis universitatis. Secunda erat neomenia in quolibet mense in intuacione lune ad commemorandum opus diuine gubernationis. quia in inferiora precipue variantur secundus motum lune. Alio vero quinque habuit tantum semel in anno scilicet phase primo mense ad commemorationum beneficium liberationis de Egypto. Et festum penthecostes. Id die ad recolendum beneficium legis date. Alio tria celebrantur mensa septimo qui quasi totus erat sollemnitas sicut dies unus. In prima enim die mensis septimi erat festum tubarum in memoriam liberatiois Iudaec. quando abrahā inuenit arietem hēntem cornibus quem representabant per cornua quibus bucinabant. Sed decima die celeabant festum expiationis ad remembranceum beneficiorum propitiacionis dei super adoratione virtuti auctoritate morysi Post hoc autem celebrabant festum scenofegie id est tabernaculorum septem diebus ad commemorationum beneficium protectionis et deductionis per desuetum ubi in tabernaculis habitaerunt. Unde in hys festo dehebant

habere fructum arboris pulcherrime scilicet buxum et lignum de sauum frondium. mirtus que sunt odouifera et spatulas palmarum et salices de torrente que diu retinent suum virorem et hec inueniuntur in terra promissionis ad figurandum quod per terram aridam defert eos duxerat deus ad terram deliciosaam Octaua autem die celebabant festum cetus atque collecte in quo colligebatur a populo ea que necessaria erant ad expensas cultus diuini. Et figuraebatur adunatio populi et pax prestita in terra promissionis. Figuraliter autem per iugum sacrificium significabatur perpetuitas christi qui est agnus dei Heb. ultimo. Ihesus christus heri et hodie ipse et in secula. Per sabbatum autem spiritualis requies nobis data per christum. Per neomeniam autem que est in censio lune nouae significabatur illuminatio primitiae ecclesie per christum eo predicante et miracula faciente. Per festum autem penthecostes descendens spiritus sancti in apostolos. Per festum expiationis emundatio a peccatis populi christiani. Per festum tabernaculorum peregrinatio eorum in hoc mundo in quo abundant in virtutibus proficiendo. Per festum autem cetus et collecte congregatio fidelium in regno celorum. Et illud festum dicebatur sanctissimum. Et hec tria festa erant continua adiunctum quia oportet expiatos a virtutis proficer in virtute quousque perveniant ad dei visionem. Unde dominus in psalmo. Ibunt de virtute in virtutem videbitur deus deorum in syon.

Capitulum viii.

bb vi

Bonū corrūpitur ex admixtione mali. Sicut legitur Luce. xiiij. q̄ pilatus miserit sanguinē cū sacrificio galileorū. q̄ sit quando id qd scdm spirituz diliḡ debet scdm carnem diliḡ. vt i beghiagio vbi s̄b p̄textu dilectionis sp̄ualis que est quasi sacri ficiū deo latet sanguis carnalis affectionis. et de pallio religionis op̄itur latrīna vitionis. & de xp̄o sit ostium lupanaris. cū ppter dū dīlectio filiā Gal. iiij. Sic stulti estis. vt cū sp̄u ceperitis nūc carne cōsumamini.

Capitulum. ix.

Aro domanda est in iuētute. et in seruitutē sp̄us redigenda. Stultus enim esset qui non domaret equū suum usq̄ dū senex esset. Sic qui nō domat carnem suā in adolescentia. si nutrit eā delicate. ita q̄ nō potest eam postea tenere. sed p̄icit eū i lumen peccati Prover. xxix. Qui delicate a pueritia nutrit seruū suum. & corpus suum. postea illum s̄tiet. utimacem Item ignis occupiscētie extinguendus est dum parvus est. quia tunc defacili potest extingui. Fatius reputaretur ille qui expectaret ignem amouere a domo sua donec esset magnus. et fere tota domus combusta. Sic qui in adolescentia non restringit carnē suaz. Verū. Abscondis ignem in sinu. iam reste desfluente exusto iā late adhuc fulendum est an extinguas illum. Nūquid potest homo abscondere ignē in sinu suo. et vestimenta illius non ardeant? Item caro qñ tumcūq̄ luxuriosa potest vincī abſtinentia. Non est enim adeo forte castrum qd non potest capi si virtutalia subtrahant. nec adeo mag-

nius ignis. qui per subtractionē lignorum non extinguitur Proverb. xxvi. Cum defecerint ligna. extingueat ignis. luxuria ex defectu delitacū. Item caro est sicut mulier q̄ blādiendo attrahit hōies ad peccātū Proverb. viij. dicitur de muliere que multis sermonibus et blandiens labiorū protraxit iuuenem. statim secessus ē eam. quasi bōs ductus ad victimā. Item est sicut la tromissa. que peregrinis obuiās in silua vel abīguo vie. permittit se ductarū eos ad rectam viā. vel ad locum hospitiū. et postea dueit eos ad malum. et ponit eos ad manū latronum Ideo dicitur Eccl. xviii. Post occupäsentias tuas n̄ eas ac.

Capitulum. x.

Alericō p̄fēctio et dignitas ostenditur ex tonsura et rasura capitis eōz. Sit enim eis tonsura et rasura i modū corone. quia corona est in signum regni et perfectionis. cum sit circulavis. Illi autem qui diuinis ministeris applicātur. adipiscuntur regiam dignitatem. et perfecti in virtutibus esse tenentur. Cōpetit etiā eis ratione subtractiōis capillorū. et ex parte superiori per rasuram. ne mens eorum trāplibus occupatā omnibus a contemplatione diuinorū retardetur. et ex parte inferiori per tonsuram. ne eorum sensus trāplibus oboluantur. Item clerici et ministri ecclēsie xp̄i debent se lauare et sanctificare sp̄ualiter. sic ministri et leuite in veteri lege faciebant corporaliter. Nam quando intrabant tabernaculum. lauabant sacerdotes manus et pedes. Habant sacerdotes omnes pilos carnis sue. aspergebantur etiā aqua

Iustificationis. Itē oſecrabanē. q ſeſ
oſecratio fiebat iſto modo. Nā pō
tifices a ſacerdotiſ pmo poſtq ab
luti erat in duebanē quibusdā re
ſtimentis ſpecialib⁹. Spēaliē at
poſter oleo vntionis i capite vni
gebaē. Leuite vero non habebant
aliam oſecrationem q ſeſ offerebā
tur dōmino a filiis iſrl p man⁹ pō
tificis qui orabat p eis. Oīorum
vero ſacerdotū ſingule manus oſe
crabantur. et de ſanguine animal
immolati tingebatur extreñū au
ticule dextre ipoz. a pollicis pedis
aut manus dextre. Aspergebātur
etiam iſpi et reſtimenta iſpoz ſan
guine animalis immolati. Offeſbā
tur etiā in oſecratione ipoz hmoi
ſacrificia. vitulus p pccō. aries in
holocausto. aries etiā oſecratiois.
tam̄iſtra panū Imponebātur autē
ſup manus eoz adipes arietis. et
torta panis vnius. et arm⁹ dexter
Leuite vero applicabānē ad mini
ſteria. p hoc q intromittebantur
in tabernaculū federis. q̄bi ad mini
ſtrandum circa vasa ſcuarn. Simi
liter ergo clerici qui ſunt oſecrandi
ad ſpūale ministeriū xp̄i. ſunt pmo
purificādi p imsteriū baptiſimi. i la
trinatū in fide paſſiois xp̄i. q̄ ē ex
piatiū et purgatiū ſacrificiū. et
debent radere pilos carnis. i. oēs
pūas cogitationes. Dñt etiā ornari
reſtibus vtutū. et oſecrari oleo ſpi
rituſ ſci et aspergiſe ſagūmis xp̄i.
et ita debet esse intēti ad exequē
da ſpūalia ministeria

Capitulū. xi.

Quod agitationes male p̄patat
locum dyabolo. Nā q̄ndo
aliq̄s magnus dominus
vult hōpitiū habē in aliq̄ dōmo.
p̄mitit nūcium ad p̄parandū ſibi
hōpitiū et vbi recipit ibi deſcen-

Sic dīabolo p̄mittit malas eō
gitationes ut ei preparent hōpiti
um. et vbi recipiunt ibi deſciat di
cens. qui vos recipit me recipit.
et qui vos spernit me ſpernit Itē
parui latrūculi p pūu foramen do
mus intrātes aperiūt domū magis
latromib⁹. Sic vane et iūiles co
gitationes p ſui frequentiā apūnt
domum oſcie magnis peccatis per
oſenſū mentis. et captiūā ducunt
animā ſpoliatā gratuitis. ſicut dī
mī. Negū. v. Latrūculi ſiſie capti
ua duixerūt de terra iſrl puelam.

Capitulū. xii.

Quoniam debet homo ante
mortē. Latro em̄ ſentiens
venire iudicē ad domū ſuā
furtū eicit de domo anteq̄ iudex ve
niat. Sic peccatū eſt per oſeffionez
eiciendū de domo aie ante morteſ
Eccī. xxii. Precurre prior i domuz
tuam ac. Et in eodē. Conſiteberis
vnię. vnuus et ſanus oſiteberis.
Itē oſeffionem p̄cedere debet pec
cator⁹ p̄meditatio. Nam diſpenſa
tor domus vel villicus expensas
corā dño ſuo oputaturus. prius p
lapillos oputat anteq̄ dño ſuo ap
pareat et diem et caſam. Sic et
tu peccatorum tuorum computati
onē facias anteq̄ dño tuo in oſeffi
onē appareas. Item orator vel ad
uocatus anteq̄ corā iudice veniat
rationes ſuas vel allegatiōes ordi
nat et affirmat. Sic et tu ad foruſ
oſeffionis premeditatus accedas.
Eccī. xviii. Ante iudicium para iu
ſticiam tibi.

Capitulū. xiii.

Quod pūuctio que p̄dueit ex
deſiderio ſupne p̄ne aſſimi
lat lotioni que fit cū mūe

Nam nix manus multum mundat et abluit. defuper procedit et in terras descendit. Sic lacrimarum opunctione manus sordide. o. opa feda vitiorum mundantur. Vnde Job. ix. Si lotus fuerit quasi aquis niuis. et fulserit velut mudissime manus mee. Cum enim per opunctionis fletus lauatur anima. manus. o. opa efficiuntur fulgida et munda. Itet illa opunctione bene animas abluit. que defuper procedit. Nam sicut dicit Gregorius. Sunt plerique qui per orationem lamenta se cruciant. sed tamen cum totis lamentorum laboribus ad solem terrena desideria exudant. cōpunguntur in fletibus vel precibus. sed felicitatis transitorie gaudia exquirunt. Nos itaque niuis aqua non abluit. quia eorum fletus ab imis remittit. Qui vero idcirco plorant. quoniam superna premia desiderant. aqua niuis hos diluit. quia celestis compunctione infundit. Nam cum perhē nem patriam per lamenta appetunt. ei quod accessi desiderans plangunt. a humeris accipiunt unde mundentur. Item nix inferius ad terrā descendit. in quo designatur opunctionū humilitas. Vnde Gregorius. Agnus niuis sunt lamente humilitatis. Sunt enim nonnulli qui lamenta habent. sed humilitatem non habent. qui affliti plangunt. sed tamen in ipsis fletibus contra proximorum vitas superbiunt. vel contra ordinationes conditoris eriguntur. Unde nimis aquas habent. sed aquam niuis non habent. et ideo mundi esse nequeunt. quia humilitatis fletibus minimi me lauantur. Ps. Nive dealbabuntur in selmon. selmon enim interpretatur sensus. Et nix ergo in selmo est in sensu mentis humilitas compunctionis. qua scilicet dealbatur qui

vitiōrum nigrēdīne fuerat obfusca-
ti. Item opunctionis feruorem dyabolus impedit conatur. immitteō aliquā affectionē et occupationem terrenā. Sic homo quando vīmū siue mustū multū bullit et feruet. ita quod timetur ne forte dolium rūpatur. tūc immitteō intus caseum terrestre. et tūc recipitur vapor et feruor in poris casei. et cessat piculū et ebullitio remisso feruore. Quid est enim vīnum seu mustū bullies. nisi opunctione feruens de quo Ps. ait. Potasti nos vīno opunctionis. Cui nimis dyabolus feruore tollit. cum caseum terrestrem immitte. Quia dum opunctam mentem ad terrenam affectionē vel occupationem trahit. feruentem spiritus citius frigefacit. Item compunctionis lacrime dyabolum cum exercitu suo submergunt. Vñ Exod. xxiiij. Pharao cum exercitu suo submersus est in mari Ps. Contribulasti capitā draconum in aquis.

Capitulū. xiiij.

On solationes diuīne humilibus dantur non superbis. Nam mater dat lac filio quando parvus est. sed quando magnus est subtrahit eī. Sic deus humiles consolatur non superbos Ps. Si non humiliiter sentiebā. sed exaltaui animam meam. Sicut ablactatus est super matre sua. ita retributio in anima mea Judith. viij. Expectemus humiles consolationem eius. n. Cori viij. Qui consolatur humiles consolatus est nos Psalmista. Nec me consolata est in humilitate mea. Item consolationes spirituales non dant peccatoribꝫ q̄retibꝫ solatiōes mundi vel carnis. Nam mater non

lactat filium cū omedit alia cibari
a Bernī. Delicata est dīna solatio
non ceditur admittentibꝫ alienā
Ideo filii isrl̄ non est datum man
na donec defecit farīna quam tule
rant de egypto. Item clamatores
vini vel tabnariū non dant gustāe
de vino suo porcis. vel canibus. vel
leprosis. Sic etiā deus non dat de
solatione sua luxuriosis. gulosis.
detractoribꝫ. et alīs peccatoribꝫ
Et sicut dicit Aug⁹. Impius dulce
dīmē dei non sentit. quia de febre
iniquitatis palatum cordis amisit
Item consolationes celestis dulce
dīmis dantur sanctis in mūdo isto
quasi ad prelibandum. vt magis
ad plenitudinem gratie feruerescat
desiderium. Nam vīni venditores
aliquid dant gustare volen
tibus emere. vt suauitate vīni p̄e
gustata ad emendum alliciantur.
Augustinus. Gustavi te et esurio.
betigisti me et exarsi in pacem vel
concupiscentiam tuam. Similiter
aucupator parum prelibat accipi
trem suum. vt ardentius volet ad
predam. Et ille qui vult vendere
bladum suum parum portat ad fo
rum. et dicit mercatoribꝫ. de ta
li satis vendam vobis. habeo em̄
attia mea plena. Sic deus amicis
fuis in vita ista dat parum de dul
cedime sua vt eos alliciat ad eam.
Qđ. Preuemisti eum in benedictio
mībus dulcedimis. Et ideo Aplis a
liquātulum de gloria sua oñdit in
transfiguratione. Itē consolationes
diuīne dantur tribulatis et amari
tatis. Dicit enim Boetij in libro
de consolatione. qđ i palatio iouis
erant duo dolia vīni. vnum de op
timō vīno. aliud de amarissimo. et
quicunq; volet bibere de bono.
oporebat qđ prius biber; de ama

ro. Sic qui vult bibete de vīno di
uine consolationis. oportet qđ p̄
bibat de vīno amātūdīnis. qđ de vi
no consolationis Gregorius. Si
mens appetit qđ demulcat. prius
gustet qđ dolet.

Capl'm. xv.

Ontemplatiū viri dorī
entibꝫ assimilantur. quia
sicut dicit Gregorius Fre
quenter homines dū in lecto que
scunt sompniorum visione turban
tur. Quasi enim sompnia vel visi
ones sunt imaginationes vltimi di
strictiq; examinis. qđ iam vltiq; p
timorem terminus. sed tamen et ve
raciter non videmus. Beati itaq;
viri ad cordis semper secreta rede
unt. cū ab hoc mundo vel ultra v
tum prospera. vel vltra vires au
uersa patiuntur. atq; a terrenis la
boribus fessi quasi stratum vel le
ctum cubile mentis petunt. Sed
dum quibꝫ uidoam imaginibꝫ cogi
tationum qđ sint subtilia iudicia di
uina conspicunt. quasi intra sta
tus sui requiem sompniū visione
turbantur. Contemplatur em̄ qđ
districtus iudex remiat. qui dū vi
immense magnitudinis cordiū se
retta illuminat. omnes ante oculos
culpas reuocat. pensant quan
ta illa sit verecundia in conspectu
tunc totius humani generis ange
lorum omnium archangelorumq;
confundi. perpendunt quis post
fusionem cruciatuſ maneat. cuſ et
reatus animam immortaliter mori
ente in indeficientem carnem ge
henā consumat. Cū itaq; tā pauca
imaginatioē mens quatitur. quid

aliud nisi triste sompnium videtur?
Vñ Job. vñ. Si dixeris solabitur
 me lectulus meus. et relevabor lo-
 quens meum in stratu meo. terres-
 me per somnia. et per visiones hor-
 rore noctis.

Capitulum. xvi.

Qontineniam seruare volens
 et a gule delectationibus non
 abstiens. filius est ei qui do-
 minum suum illesam custodire disponit.
 et tamen igne et ligna propris ma-
 nibus apponit. Nam cibi et potus ea-
 lidi sunt occupantie. et ignis lux-
 urie vehementer inflammatio. **Eccii.**
xxvij. Scdm ligna silue sic ignis
 ardescit. **Vñ** talis si de luxuria tem-
 patur. non inuitus sed voluntarij
 vatur debet etiam qui vult esse vi-
 nens mulierum vitare consortia. Ali-
 oquin similis est ei qui suorum hostium
 insultus formidat. et tamquam sicut fa-
 tuus eorum loca vel consortia non vitat.
 Talis ergo si temptatur ab eis qui
 ipse seipsum occidit. Et talis est a-
 tinens qui mulierum consortis sedulo-
 se immissus. **Eccii. xi.** Qui amat pi-
 culum in illo pibit.

Capitulum. xvii.

Qor suorum non debet aliquis ali-
 cui rei apponere. nisi primo
 bonum videat ubi apponat Lu-
 sor enim schacum a schacario subleuatrum
 dum tenet in manu. et cum magis deli-
 beratio puidet ut in tali loco assi-
 deat ne ab aduersario capiatur.
 Sic debet homo facere de corde suo
 rauendo ne in loco turpi et piculo-
 so et aduersario discepto illud po-
 nat. sed in deo qui est securitatis lo-
 cus et custos inuicibilis. Itē cor
 apertum est deo. sicut schola aperit
 magistrum ad audiendum. **Job. xxxviii.** Ad
 aperit aures viro. et erudit eos
 instruit disciplina. Sed multi clau-

dunt ei aures cordis ut non audi-
 ant more aspidis furde et obturan-
 tis aures suas ne audiat vocem in-
 tantantis. Item aperiendum est si
 aut fenestra lumini ad videndum. **q.**
Quod. **A**dapiat dominus cor vestrum in le-
 ge sua. Sed multi claudunt ut que-
 tius dormiant. **Job. xxvij.** Ipsi fu-
 erunt rebelles lumini. et tales simi-
 les sunt noctis. et illi oculo qui fu-
 gerat bitem martinum ut non illius
 naretur. Item aperiendum est sicut
 thalamus sponsi ad recipiendum
Apoc. ij. Ego sto ad ostium et pul-
 so pulsat enim deus manu benefi-
 ciorum. vel virga flagello. Solet
 enim dici quod qui pulsat magno stre-
 pitu non remanu vacua. sed a
 quid portat. ideo hylariter recipi-
 tur. Quanto ergo magis sponsus
 aperiendum est qui cum magna multi-
 tudine donorum remittit. utramque manu
 plena. scilicet sinistra trahibus. et dex-
 tra spualibus. **Cant. v.** Surrexi ut
 aperire dilecto meo

Capitulum. xviii.

Qux cristi est sicut virga
 moysi. qua pharao id est
 dyabolus multipliciter fla-
 gellatur. Crux est tropheum aduer-
 sus dyabolum ut non appropinquet va-
 stator. Item qua magorum serpen-
 tes id est demonum temptationes
 deuorantur. Item est sicut lignum
 moysi ostendit. quo aquae amare.
 id est tribulationum et aduersita-
 tum amaritudines dulcorantur.
Ecclasiastici vicefimo septimo. No-
 ne a ligno inducata est aqua. Itē
 est sicut virga assuerit. qua ad regis
 aulam id est ad dei gloriam iter pa-
 paratur. **Wester secundo.** Nullus
 transibat ad regem nisi virga deo-
 fulata

Capl'm. xix.

Custodia sui mala et de bil
est causa mortis et perditi
onis anime. Sicut ille qui
habet inimicos feroes et capita
les euz querentes. si ostium dom⁹
in qua q̄esceret. aut aptum dimit
teret. aut ibi debilē custodē ponēt
faciliter occidere. sicut patet. n.
Negū. nn. exēplo ysboset qui ad
custodiā domus non ostiaruz po
fuit. Vnde vementes filii Némon
berochite Nechab et banaa ī gres
si fuit domuz ysboseth qui dormi
ebat super stratum suum meridie
et hostaria dom⁹ purgans tritici
obdormiuit. Ingressi sunt aut do
mum latenter assumentes spicas
tritici. et percutserunt eum in igui
ne. sicut enim dicit **Eze.** Ostaria
triticum purgat cū mētis custodi
a discernendo virtutes a vitis se
parat. que si dormiat in mortem
app̄n domini iſidiatores admittat.
quia cū discretiois sollicitudo cessa
uerit ad interficēdū aīam malig
spiritib⁹ iter pandit. Qui īgressi
spicā tollūt. q̄ mox tonarū cogita
tionū germina ausest. atq̄ ī igui
ne feriunt. q̄ virtutē cordis dele
ctatione carnis occidūt. In īgui
ne quippe ferire est vitā mētis cae
mis delectatione pforare. Nequaq̄
āt ysboset iste hac morte succubēt.
si nō ad īgressuz dom⁹ mulierez. i.
ad mētis aditū molle custodiaz de
putasset. Fortis namq̄ virilisq; se
fus p̄ pom cordis foribus debz. quē
nec negligētē sōpnus opp̄mat.
nec ignorātie error fallat. Vnde be
ne ysboseth appellatus est. quia a
custodia femine hostilibus gladijs
traditur. Ysboseth q̄ippe vir ɔfisi
mis dicitur. Vir āt ɔfisiomis ē qui
forti mentis custodia mūtus non

est. Quia dū v̄tutes se habere esti
mat. subintrantia v̄tia nescientez
necant. Tota itaq; virtute mūtē
dus est aditus mentis. ne q̄n eam
iſidiātes hostes penetrant forāmē
neglecte cogitationis.

Capitulū. xx.

Olectationes p̄ntis v̄te q̄
vens assilatur ei q̄ omedit
v̄uā acerbā. Illi em̄ qui co
medūt p̄mo v̄uā acerbam obstupe
scunt dentes. ita q̄ nō p̄t postea a
lios meliores cilios ɔterē. Et sic illi
qui sumit p̄ntis vite delectatiōes.
mentis sensus ligant ut nō possit
cape delitias sp̄uāles **Ih̄e. xxxi.**
Omnis q̄ omederit v̄uā acerbā ob
stupescunt dentes eius **Eze.** Vua
acerba est fructus ante tempus.
Quisq; em̄ p̄ntis vite delectatiōibus
satiari desiderat. q̄si fruct⁹ ante tē
pus comedere festimat. Qui igitur
v̄uā acerbam omedit dentes ei⁹
obstupescunt. q̄ qui p̄ntis mūdi de
lectatiōibus pascitur ītermi ei⁹
sensus ligantur. ut iam spirituali
a incidere. id est intelligere neque
ant. q̄ vnde ī exterioribus delecta
ti sunt. īde ī int̄mis obstupescunt.
et cū de peccato aīma pascitur pa
nem iusticie edere non valet. quo
mām ligati dentes. id est sensus ex
peccati confuetudine iustum quo
int̄ sapit comedere nequaq; pos
sunt.

Capl'm. xxi.

Dabolus similis est mulier
volēti rapere muscas. que
limit ollam suaz int̄msec⁹
cum lacte. et tunc musce intrant.
a cū m̄ltitudo itrauerit icludit eas
a succedit. Sic diabol⁹ delectationē

peccati offert. et hominem capit per
osensem peccati. et captum ligat
per consuetudinem. deinde in igne inferni
trahit. Ideo in principio temptationis clamandum esset. sicut dicitur. Hebuz. nn. Mors in olla mors in olla. scilicet corporis et anime in delectatione venenosa. Itē dyabolus est sicut latro. qui permittit conductum viatoribus. et postea uigilat diuenter faciens a via recta. Sicut patet exemplo iuuenis qui volebat ire ad amasiam. et inuenit pontem ruptum super magnam aquam. et astitit dyabolus ei super magnū equum et fecit eum ascendere post se. permittens ei conductum bonum. et statim insiliens in aquam precipitauit eum et suffocauit.

Capitulū. xxiiij.

Ouitie fuit causa timoris et persecutionis. et paupertas est causa securitatis. Nam si arbor non haberet fructus non inueniretur qui proiceret lapides super eam vel ramum traheret. Cū autem habundat fructibus. vix transit a liquis qui non proiciat super eam lapidem vel ramum frangat. Sic qui diuitias habet iisdem latronum et oppressiones principum et exactiones violentorum officialium non evadet. a quibus pauperes sunt inunes Abacuc. ii. Ve ei qui multiplicat non sua usquequo. et aggrauat alia se densu lucu ac. Itē diuities qui habere volunt habundantia mundi. habebunt penuria inferni. Consuetum est enim quod qui habundanter pransus est vel conuiuant. ut parum super sit ei quod ceneret. Diuities ergo mali in hoc mundo conuiuant habundanter. et ideo iustus est ut parum superfit. quod patet in diuite epulōe Lu. xvi. Multū em̄

splendide in mane huius vite dicitur. et ideo merito in respere huius vite. i.e. fine parum cœnauit. quia ad cenā suā guttā aque habere nō potuit. Sed eius verso sancti pauperes in mane huius vite comedunt panem. i.e. parvam vel nullam huius mundi delectationem habent. et ideo iustus est ut in respera huius vite habeat magnā cenā.

Capitulū. xxiii.

Elatio eicitur a mente adueniente temptatione. sicut tiram⁹ eicitur de ciuitate adueniente fortiori hoste. Mens enim cum in elationem se erigit quasi in tiranide erupit. habet autem tiranidis huius satellites fauētes sibimet cogitationes suas. Sed cum super tiranū hostis irruit fauor mox satellitum cessat. Intrante namque aduersario satellites fugiunt eumque territi declinant: quē in pace posita calida punctione laudabant. subductis vero satellitibus hostis solus remaneat. Quia recedentibus elatis cogitationibus perturbatus animus se solummodo in temptatione videt. Et ideo pia videntis dispensatione agit: ut de se offendens anima temptatione pulsata infirmata quod sit inueniat. et presumptionis fastum deponat. ut dicit Greg⁹.

Capitulū. xxiv.

Electi dei assilantur seruus dum fuit in vita puniti explicit ratione. scilicet afflictionis. affectio misericordiae et passiois. Et hec complexa ratio tagit Job. vii. Sicut seruus desiderat umbra. sic et ego habui menses vacuos et noctes laboriosas enumera in michi. In eo enim quod dicit seruus tagit afflictionem. Sunt enim electi dei fututi corruptiois afflictionis quo usque ad libertatem perveniant glos filiorum dei.

Vnde sicut dicit Gre. Electus q̄sq; quousq; infirmitatis corruptiōe cōstringit sub dñantis corruptiōis iūgo q̄si sub estus anxietate retineat. Qui mīmīrū cū corruptione exutus fuerit. tunc sibimetip̄ libere tranquillus īnotescit. Vnde Pro. xii. dicitur. q̄ ipsa creatura liberabit a servitute corruptionis ī hbtatē gl̄e filiorū dei. Ac si apte diceret. pena corruptionis nūc aggrauat. & tūc incorruptionis gl̄ia exaltat. Et quātum ad pñtis necessitatis pōderā nūc ī filiis dei de libertate nihil oñdīt. tātū ad subsequētis libertatis gl̄iam tūc ī famulis de servitute nichil apparebit. Creatuā ergo servitute corruptionis exuta. et dignitate libertatis accepta ī filiorum dei gl̄ia v̄titur. q̄ v̄mīta deo p̄ sp̄erū q̄si hocip̄ū q̄ creatura ē trāfisse ac subegisse declarat. Sc̄do tāgitur ratio affectiōis siue desiderij. quia desiderat vmbra. Nā elūs dei quousq; iūgū misere corruptionis portat s̄b āgustia tēptationū estuat. et idē vmbra. i. refrigeriū qui etis desiderat. Vn Gre. Vmbra de s̄de rare ē post tēptationis estuz sudorēq; opis etiū refrigeriū quētē querē. Hāc namq; vmbra seruus ille de s̄de rabat q̄ dicebat. Sitiuit anima mea ad dñū viuū ac Tercio tangit ratiō passionis cum addit̄. Sic ego habui mēses va. a noctes lab. enī. michi. Nam seru⁹ multa iōmoda patit̄. siue i. virtus defici. siue ī laboris excessu. Sic electi p̄ ut dicit Gre. q̄ quis rerū dñitorū de seruāt. sepe tamē eos rerū iōpia coangustat. per amorem deo īm̄ent. et tamē s̄bīdīo vite pñtis ēgent. Qui ergo p̄ actiōes suas p̄fētia nō querūt. a mūdi cōpetiōns vacuos mēses duūt. noctes q̄ la-

boriosas tolerāt. q̄ adūstatiū te hebras nō solū v̄lq; ad iōpiā. s̄ se p̄ v̄lq; ad corporis cruciatū portat. Despectū namq; egestatēq; perpe ti laboriosū mentib⁹ bonis nō ē. Sz q̄i v̄lq; ad afflictionē carnis aduersitas vertitur. labor p̄cul dubio ex dolore sentit. Vel forte ideo dei seruus mēses vacuos habere dicitur quia labore iā sustinet. sed p̄mūm nondū tenet. hoc tolerat illud exspectat. Noctes v̄o laboriosas cnu merat. q̄ aduersitates sibi presen tis t̄pis s̄p̄ ī v̄tūtib⁹ exercēdo coacuat. Nam si p̄ficere ī mente nūc appetit. minus fortasse aspe ra que mūdi sunt sētit.

Capitulum. xxv.

Enubescentes benefacere. debent facere sicut fit eq̄s vmbriticis. Equi emm vmbritici somitu tintinabuli vel foliū. vmbra arborū terrētur et nō audēt trāsire. Sz armigeri qui eos eq̄tāt faciūt eos trāsile frequent per loca que formidat. Sic et illi facere debet. vt ea que magis formidat sic quētius faciat. Item tales sūt sicut pueri qui timet latratum catulorū. qui adhuc mordere nesciunt. Sed mater pueri eum securat catuluīn rapiendo et ad puerum adduēdo. Et sic talibus illa opera que stulte erubescunt vel timet precipue sūt imponienda.

Capitulu. xxvi.

Eucharistie sacramentū quātē sit dignitatis. quātāq; vđōneitatē grē ī se habeat. repreſētāt sacerdos ī hys que dicit siue facit ī missa. que sūt octo. Nam primo p̄mittitur p̄paratio qđā cōtinēt q̄tuor p̄tes. Prima em̄ ps ei⁹ ī laus dīna ī itroītū missē

Secunda vero pars continet omemorationem presentis miserie inuocatio dei misericordiam. ter dicendo kyries. pma vice pro persona pris scda filij. tercua spiritus sancti. Et hoc contra triplicem miseriā: ignorantie culpe et pene. **T**ercia ps omemorat celestem gloriam ad quam ibimus post presentem miseriā: in gloria in excelsis qd in festis dicitur: in quibus predicta gloria recolit. Intermittitur autem in officiis luc tuosis que ad omemorationes presentis miserie spectant. **Q**uarta vero pars continet orationes quas sacerdos pro populo facit. ut dignissimo in misterio habeantur. **S**econdo vero loco premititur in structio fidelis populi. quia hoc sacramentum est signum vel sacramentum fidei. Et hoc dispositio fit per doctrinam prophetarum et apostolorum. que in ecclesia legitur. scz a subdiaconiibz vel diaconibus predicata. Sed quia Christo credimus tanq veritati diuine lecto euangelio simbolum fidei cantatur. Cantatur autem in festis de quibus sit aliqua mentio in simbolo. ut in festis Christi. beate marie et apostolorum qui hanc fidem fundauerunt. **T**ercio populo preparato et instructo consequenter accedit ad celebrationem misterij. qd qde offertur ut sacrificium. et consecratur et sumitur ut sacramentum. **V**nde primo pagitur oblatio. sedo consecratio materie. tertio percipio eiusdem. Circa primū duo aguntur. scz laus populi in cantu offeretur. et oratio sacerdotis petentis ut oblatio populi sit deo accepta. Deinde in consecratione. que super naturali virtute agitur. pmo extatur populus ad deuotionem in prefatione. **V**nde monetur suscipere ha-

bere eisdem. et Ideo post prefationem populus laudat deitatem Christum angelis dicendo. Sanctus sanctus sanctus. Et humilitate cum pueris dicens Benedictus qui ac Trinitate in crucis signatio que fit super illa verba. **V**eget dona. hec munera. hec sancta sacrificia illibata. signum Christi tenectionem. que facta est a iudeo et iudeis et gentibus. **S**ecunda est Christi reditio quod facta est sacerdotibus scribis et pharieis. et hec signatur per animam crucis signationem super illa verba. benedictam ascriptam ratam. ad ostendendum precium venditionis. xxx. de n. Additur autem due cruces super illa verba. ut nobis corpora sanguis ac. ad designandum personam iudei venditoris et Christi venditi. **C**ratio autem duobz fuerunt in cena. scz panis et vīnum prefigurativa passionis Christi. Ad quod signandum fuit due crucis. una in consecratione corporis. alia in consecratione sanguinis. **Q**uarto fuit ipsa passio Christi. Unde ad representandum quinqz plegas fit quinto quintuplex crucis signatio super illa verba. hostiaz puram ac. **Q**uinto representatur extatio corporis. et effusio sanguinis. et fructus passionis. per triunum crucis signationem. que fit super illis verbis. Corpus et sanguinem sumptuosus ac. **S**exto repentatur triplex oratio. quā fecit in cruce. **V**nam pro persecutoribz. cū dixit Pater ignote ac. **S**ecundam pro liberatione a morte. cum dixit Deus deus meus. **T**ercia pertinet ad adoptionē glorie. cū dixit. In manus tuas commendō spm meum. Et ad hoc representandum. fit trinitas crucis signatio super illa verba. Sanctificas viuiferas et benedicis. **S**eptimo repentat hinc tres quibus Christus peperit in cruce.

scz à sexta usq ad nonā. Et ad hoc representandū fit iterū ēna crucis figtio. super illa verba. p̄stas nobis per ipsū ac. Octauo representatur separatio aie a corpe. p duas cruces extra calicē factas. Nonon rep̄fatur resurrectio tertia die facta per tres cruces. que hunc ad illa v̄ba. Pax dñi ac. Nota etiā p extē sio brachiorū quā facit sacerdos. ostendit extensionē brachiorū cristi in cruce. Qd aut manū interdū iungit et inclinat suppliciter et humili ter orans. designt humilitatē et obedientiā xp̄i p̄ qua passus est. Qd autem digitos tenet vmitos post secratiōnem. fit hoc vt si aliqua p̄ticula adhesisset non dispergatur. Nota etiā p̄ sacerdos se quinques vertit ad populum. ad designandum p̄ xp̄c in die resurrectionis quinque apparuit. Ep̄us aut qui represe tat psonā xp̄i dicit. Pax vobis. p̄mo ad populū sicut dñs dixit post resurrectionē apostolis. Nota p̄ fractio hostie designat. p̄mo ipsaq̄ divisionē corporis cristi. que facta ē in passionie. scđo distinctionem corporis mystici scđm diuersos status. tertio distributionem gratiarum p̄cedentium a passione xp̄i. Nota etiam p̄ pars hostie in calicē missa designat ip̄m xp̄m et beatissimā virginem. et si qui alii resurrexerūt cū eo. ps omesta abulantē adhuc super terrā. ps reseruata usq in fine misse corpus xp̄i in sepulchro. Nā corpora sanctorū usq in fine erūt in sepulchris. Hoc autē hodie nō seruat scz reseruādo pte usq in finem misse. Tamē figtio p̄tium manet. Vnde versus. Hostia diuiditur in ptes. tincta beatos. Plene ūpta notat viuos. seruata sepultos.

Capitulū. xxvii.

Familias multa viroru; cū mulieribus p̄iculosā est. Quia sic papilio iuxta cā delam tantum volitat p tandem se oburit. sic homo iuxta mulierez sedendo et colloquēdo. Vnde Ihesus dicit. Ostū tuum mulierum p̄des nunq̄ itrent. Sed si videris mulierem bene ouersantē mēte diligē. n̄ corpali frequētia. quia nō est secutū feno et stupre esse iuxta igniem Herū. Cū muliere semp esse et ea; non cognoscere mai⁹ est p̄ mortuum fuscitatem. et si qd min⁹ ē nō potes. quō qd magis ē credā. Terra bona est in se. et aqua bona et mūda. tamē si simul apponantur faciunt lutū et se inuicē polluit. Sic est de hoie et muliere.

Capitulū. xxviii.

Fidez p omnibus alijs constat dyabol⁹ homī auferret. quia ē lumē aie. sicut latro qui itrat domū lumē extinguit. et fenestras claudit ne videatur. Et sic mercator deceptor tenebras querit vt decipiat Jo. v. Qui male agit odit luce. Hec est etiā ocul⁹ dexter quē naas amonites. qui interpretatur serpens. i. dyabol⁹ petebat eruē viris iabes galaad. i. He gū. xi. Est em̄ dyabol⁹ sicut coru⁹ q̄ p̄mo eruit oculū cadas eris. Nec in trū. quia hostis est inuisibilis. et sine fide nō videtur. Dicit i. vitaspā trū. p̄ qn̄ op̄iuntur oculi aimalis circuit ad molendinū. Sic dyabol⁹ si opuerit oculos mentis. i. h̄de huī liat ad oē p̄cem Judicū. xvi. Sāp̄ son eruerūt oculos et molē fecerūt. Ideo dicit Señ. Qui fidē p̄didit nihil pficit. **Capitulū. xxix.**

Fagella tribulationum as similantur virgis scopazz. Quia sicut virgul scopari

nodus et duris pueri castigantur.
atq; de earum fasciculis domoruz
habitatula a sordibus purgantur.
Sic ex tribulationum flagellis in
sipientes peccantes expiantur. et
meliorati ex eis ad deum per peni
tentiam redeunt vitam suam in
melius commutantes. Flagellum
enim tunc diluit culpam cum mu
tauerit vitam. Nam cuius non mu
tat mores. non expiatactiones

Capitulū. xxx.

Gratia dei non infunditur:
nisi cordi dispository. Null⁹
enī sapiens in vase immu
